

Arabibus Vazem, Negen seu Negien, Thel, Kel & Negil: Italis Gramigna: Germanis Graß: Hispanis Grama & Gramen: Gallis Dent de chien.

Gramen à gradiendo dictum, infinitas differentias obtinet: in Phytopinace nostro, etsi centum & viginti duas differentias proposuerimus, plures tamen adhuc universalis historia nostra exhibebit. I. Gramen panicula crispa, C.B. Gramen, Matth. Gramen vulgare, Lug. Gramen minimum Xerampelinum, Adver. & Lob. Matthioli figuræ adjecimus paniculam adultam, quo glumorum crispitudo rectius conspiceretur. II. Gramen distylon esculentum, C.B. Gramen mannae, Matth. Cast. Tab. Cam. Gramen mannae primum, Dod. fol. Lugd. Gramen mannae esculentum, Lob. Sanguinella, Matth. editione Italica. Capitula ac Sanguinaria, Ruellio. Coronopus Dioscoridis, Lonicero. Gramen album seu hirsutum aliquibus Dens Canis, Ges. hor. cui & Manna Polonorum: Gramen aculeatum Plinii primum, Thal. Graminis quoddam genus, quod in Germania feminis gratia feritur, Cæsal. III. Caryophyllus arvensis glaber flore majore, C.B. Gramen alterum, Matth. Gramen, Fuch. Lac. Gramen à Fuchio exhibitum Ges. hor. Gramen leucanthemum, Dodo. fol. Lugd. Thal. Gramen floridum majus, Tab. Gramen floridum, Cam. in Matth. Euphrasia graminum, Trag. Euphrasia major, Lonic. Crateogonum, Dod. gal. Holostium Ruellii Lobel. Centunculus montanus, Cæsalpino. IV. Caryophyllo arvensi glabro similis, sed minor, C.B. Hoc exigua est capillacea radice, ex qua cauliculus unus vel alter tenuis, plus minus palmaris pro-
dit, qui mox in parvos ramulos brachiatur, qui copiosissimos & minutissimos flosculos albos, singulos
singulis ramulis capillaribus insidentes, sustinent: folia habet pauca, oblonga, angusta, alternatim ex ge-
niculo prodeuntia. In montibus Euganeis provenit. V. Gramen Parnasi Matthioli, cujus figuram refer-
varunt Castor, Lugdunensis, Tabernæ montanus, nil aliud est quam Monophyllum male pictum, qua-
re altera Monophylli figura adposita. VI. Monophyllum, eò quod cum primo prodit unico sit folio, cum
caulem acquirit gemino est, & ultra unius anni ætatem, ut & cum baccas profert: rarius ternis foliis repe-
riat. Unifolium, Brunfel. Dod. gal. & fol. (cui & fortè Cyclaminos tertia Plinii) Lugd. Cast. Cam. Tab.
Monophyllum, Lob. Thal. Henophyllum, Ges. de hor. Coryledon sylvestre, Trag. Cyclaminum unico
folio, Dalechampi in Diosc. Bifolium primum, Lonicero. VII. Gramen aculeatum Matthioli, Casto-
ri, Lugd. Hoc cum malè ab his pingeretur, veram ejus figuram proponere volumus, ex integra planta,
quam Doctor Jo. Neudorffer Noribergensis Arimini collectam, unà cum aliis obtulit.

Sideritis

SIDERITIS.

CAP. XXIX.

32

Sideritin aliqui Heracleam vocant: folia habet marrubii, sed longiora, satis ad frondem quercus, aut
salvæ accedentia, minora tamen & aspera: caules edit quadratos, dodrantem altos, aut etiam majores,
non in jucundi gustus, aliquantumq; subadstringentis: in quibus per intersticia orbiculatæ ver-
brae, ut in marrubio spectantur: & semen in eis nigrum: nascitur in a petrosi. Illita folia, suapte vi vul-
nera sine inflammationis periculo jungunt.

Sideritis altera

SIDERITIS ALTERA.

CAP. XXX.

Altera Sideritis binum cubitorum ramulis, exilibus a folio filicis, numerofo, utrinq; per oras divi-
fo, pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu surculis, longis, tenuibus: capitulo in ca-
cumine orbiculato, aspero: in quo semen continetur, quam betæ rotundius aliquantò ac durius. Hu-
jus vis foliorumq; ad vulnera præcipua est.

Sideritis tertia

SIDERITIS TERTIA.

CAP. XXXI.

Sideritin aliam esse tradunt, quam Cræteas Heracleam vocat, in a maceris & vineis nascentem: fo-
liis, ab una radice multis, coriandro similibus, circa coliculos dodrantales, læves, teneros, subcan-
didos atque subrubicundos: flore puniceo parvo, gustanti amaro & lento. Hujus ea vis est, ut quamvis
recenti vulnere imposita, sanguinem supprimat.

Tria Sideritis genera præter Achilleam, de qua sequenti capite dicitur, hic à Dioscoride representari constat. Quorum
et si illam, qua secundo loco describitur, antea in nostris Italicis commentariis me nunquam invenisse ac vidisse tradi-
derim, eam tamen hoc anno Pisis ad me misit Lucas Gbinnus Forocorneliensis, vii rei medicæ peritissimus. Reliqua verò ge-
nera jamdiu novisse nos putamus, quod ea omnibus notis suam quæq; historiam sequi deprehenderimus. Caterum nemini
mirum sit, quod tam varia effigie prima Sideritis folia reddiderit Dioscorides, ut qui ea modo marrubii, modo quercus,
modo salvæ figura depingat. Quippe eorum longitudo salvæ accepta referatur oportet: scabrities deinde superficiei tenus,
ac subalbidus color tum eidem salvæ, tum marrubio: quercui postremo qua in ambitu est divisura. Tali profecto mihi es-
se videtur, quam nos primo statim loco expressimus. Quippe omnibus notis primam refert Sideritim, nec aliud quidpiam
obstare videtur, quam quod ea frequentius nascatur humidis quam siccis locis, quanquam sæpe eandem virentem in locis
quoq; siccis invenimus. Id itaq; tantum in causa est, ut hanc non ausim omnino legitimam facere Sideritim, & præsertim
cum aliam nunc repererim plantam in Viennensi agro, ac in aliis Austria locis, arido in solo, qua Sideritim primam per-
belle refert. Exit enim hac quadrato caule, ipsiq; dodrantali aut majori, ramosoq;: foliis Marrubio longioribus, & ad
salvia faciem accedentibus, crispis & albicantibus & per ambitum lacimatis: sapore haud ingrato: Floribus verticillatis
in caule & ramis prodeuntibus. Marrubii modo, ut ex appicta hic imagine quis certior fieri poterit. Eadem illi sunt vires
quas primo Sideritis generi tribuit Dioscorides & Galenus. Sed ea mihi quidem nihil prorsus primæ Sideritis ad stipulandi
videtur, cujus imaginem expressit Fuchsius in suo de stirpium historia commentario. Siquidem perspicuum est, quod ejus
pictura

I. SIDERITIS I. HERACLEA.

II. SIDERITIS. II.



* III. SIDERITIS VULGARIS hirsuta. *

IV. SIDERITIS. III.



pictura non solum non pra se fert folia, & caules, quae Sideritim veram referant: sed etiam flores ejus spicati in cacumine, non in caulibus inter folia marrubii modo plane vera Sideriti refragari conspiciuntur. Ruellius porro Sideritim hanc non-
nullis herbam Judaicam appellari tradit. Verum si is Judaicam illam intelligit, cujus lib. 2. meminit Avicenna, nullo mo-
do er-
Herba Judaica.

V. SIDERITIS IV.

VI. VIRGA AUREA.



Avicen.
herba Ju-
daica.

Virga
res facies
& vites.

* VII. VIRGA AUREA LATI-
folia serrata. *

Pimpi-
nella Ita-
lica.

Sideri-
dis vires
ex Gal.

dem etiam abstergerendi quandam facultatem: sed plurima ejus pars humida est, & mediocriter frigida: paucula verò
Nomina. inest adstrictio: quare phlegmonem sedat & glutinat. Hæc Galenus, de una tantum Sideritide scribens. Sed cujus ex
tribus meminerit, non facile est discernere. Zedeger: sic Græcè, ut etiam Sideritis Latine vocatur: Arabicè Sidrichis:
Italice Siderite.

do erroris culpa vacare potest. Nam Avicenna Judaica herba
nil sanè aliud designat, quàm ervum. Sunt tamen aliqui, qui
herbam Judaicam, itomq; Paganam eam nominant, quæ her-
barius & medicis quibusdam V I R G A aurea dicitur, caule
rubente, bicubitali, laevi, foliis olive latioribus, circum minu-
tissime serratis, in superficie levibus: floribus in summitate
caulium spicatis, colore aureo, flores ii, ubi maturuerint, fla-
vescentes in pappos abeunt. Nasitur in collibus, in agrorum
marginibus & vineis. Subamara est, absterforia facultatis ac
glutinativa. Hanc chirurgi in Germania, alii quibusdam
additis, iis feliciter potandam exhibent, quibus intrinsecus
inflicta sunt vulnera & ad fistulas. Quinetiam eam in un-
guenta, quæ ad id conficiuntur, utiliter addunt: nam ut ipsi
referunt, glutinandis vulneribus tam intro in corpus sumpta,
quàm exterius illita, efficax admodum est medicamentum.
Extulit hæc Arnaldus inter recentiores clarissimus author:
ad urinam ciendam comminuendosq; calculos: quod tamen
apud alium scriptorem hæcenus mihi non licuit reperire. Po-
ta hæc alvi fluxiones cohibet, id quod etiam præstat clysterib.
infusa. Ejus decocto sanantur fori oris ulcera, firmanturq;
dentes. Idem gargarizatu anginam, & columella inflam-
mationem arces, & faucium morbus medetur. Verum tamen
hæc, ut ad institutum nostrum redeamus, non erit Sideritis
primi generis, ut fortasse Ruellius existimavit. Sunt quoq;
qui Italicam Pimpinellam tertiam faciant Sideritim, quibus
ego haud adstipulari possum: quippe quod illi folia certandi
non sint, nec eadem circa caules oriantur, sed pinnata, è lon-
go utrinq; pediculo exeant. Item quod caules præduros gerat,
non teneros, ac etiam quod flores, capitulaq; nec amaro, nec
lento gustu habeantur, sed adstringenti & austero. Sideriti-
dis vires memoria prodidit Galenus libr. 8. simplicium medi-
camentorum, ubi ita scriptum reliquit: Sideritis habet qui-
Sideri-

10

20

30

50

60

Sideritis (à ferro dicta ob vim vulnera glutinantem) triplex Dioscoridi. Plinius sub Achillea sex species recensuit: plures agnoscimus differentias. I. Marrubium palustre, C. B. Sideritis prima, Matth. Lac. Cast. Lugdun. Cam. Sideritis prima secundum Matthiolum, Gef. hor. cui & Lancea Christi aliorum: Sideritis secunda, Lonic. Marrubium aquaticum Trago, Dod. fol. Lob. Lugd. Thal. Marrubium palustre, Dod. gal. Lon. Verbenae alterum genus, Cæsalp. Hoc in palustribus provenit, at Dioscorides suam sideritidem in petrosis nasci docet. Hujus in Austria altera est species, quæ altius multo exurgit, folia habet magis incisa & aspera, hirsutiora, ac odoratiora, quam à Doctore Nicolao Agerio Argentinense, materiae Medicæ studiosissimo & doctissimo, vñ cum aliis accepimus, ut plenius in nostra historia. II. Sideritis secunda Matthioli & Castori, videtur ex Cannabinis spuriis esse: verum cum Sideritide, arvensi glabra flore pallido tantum similitudinis habet, ita ut eam esse alicui facile concesserim. 20 III. Sideritis vulgaris hirsuta, C. B. hanc adjecimus cum eam Camerarius in suo Matthiolo secundam censet, & est Sideritis prima, Fuch. Cord. in Diosc. Gef. hor. Turn. Lug. Heraclea, Cord. in hist. Sideritis quarta, Lon. Sideritis sive Ferruminatrix, Adver. & Lob. Sideritis vulgaris, Cam. Tetrahit & Herba Judaica, Lugdunenfi. IV. Sideritis tertia, Matthioli Camer. Lugdu. Castor. Sideritis altera, Lac. Taber. Sideritis prima, Lonicero. Videri posset propter folia inferiora Tanacetum inodorum esse, at Ruta canina Lobeli hac figura proponitur, sed pictoris incuria minus recte expressa, quæ licet apud nos proveniat, nuper tamen à Nobilissimo Cortuso Sideritidis tertiæ nomine accepimus: dicitur Galeopsis tertia, Dod. gal. Ruta canina, Lugd. Taber. Scrofulariae similis planta major, & Sideritis secunda Dioscoridis, Cæsalpino. V. Sideritis quarta, Matth. Lugd. Sideritis tertia, Cast. Taber. Hac figura videtur voluisse Geranium aliquod exprimere quoad folia, maximè cum Geranium Ropertianum Sideritidis nomine donetur: at flores non Geranio sed Alchimillæ conveniunt. VI. Virga aurea, quæ & Solidago, seu Confolida à viribus nominatur, alia est latifolia, alia angustifolia, ferrata & non ferrata, Matthiolum suam foliis dicit ferratis, at pingit non ferratis, quare utramque adposuimus. Virga aurea non ferrata, C. B. Virga aurea, Matth. (quo ad iconem) Dod. gal. & fol. Lon. Cast. Lugd. Virga aurea foliis non ferratis, Cam. in Matth. Aurea virga Villanovani, Lob. Virgæ aureæ alterum genus, Cæsal. Virga aurea Brocemburgensis Thal. Symphytum petraeum tertium, Taber. Leucographis Plinii, Anguillara. VII. Virga aurea latifolia ferrata, C. B. Virga aurea, Matth. quod ad descriptionem Cam. in Matth. Cæsal. Thal. Virga aurea altera ferrato folio, Lobel. Virga aurea margine crenato, Dod. fol. Virga aurea ferratis foliis Taber. Virga aurea altera, Lugdunenfi.

30

Αχιλλέα.

ACHILLEA.

CAP. XXXII.

Achillea, quibusdam Achillea sideritis, dodrantales, aut majores gerit scapos, a fusorum effigie minutulis foliis circundatos, ex obliquo crebras incisuras habentibus, coriandri similitudine, & subfulvo colore, lentis odore multo, non insuavi, verum medicato: umbella in cacumine rotunda: floribus candidis, purpureis, & aurum æmulantibus: provenit læto solo. Trita coma sanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tueretur: erumpentem sanguinem inhibet, & cruenta vulvæ profluvia in velere. Decocto quoque insident sceminae fluxione vulvæ laborantes: ad dysenteriam bibitur. b

ACHILLEA.

40

50

60



Qui vulgaris usus Millefolium Achilleam esse existimant, haud dubie, mea quidem sententia, decipiuntur. Siquidem id (ut infra latius dicemus de Stratiote millefolio differentes) folia non profert crebris ex obliquo sectionibus, coriandri similitudine, sed avicularum pennas æmulantia. Porro tametsi constet, Millefolium umbella coronari modò alba, modò purpurea, modò aurea, non tamen propterea colligendum est Millefolium, & Achilleam unam & eandem herbam esse. Quandoquidem non putaverim ego fuisse Dioscoridum institutum (ut Ruellio placet) quod hac Achillea umbellam ferat candidam, illa verò purpuream, alia denique auream: sed quod omnibus in universum Achillea plantis eadem insit umbella, quæ tantum prædictis coloribus distincta spectetur. Nascitur in Hetruria planta, nascitur in Goritensi agro, scapi ferè cubitalibus: foliis coriandri proximis, odore quadantenus gravi, non tamen ingrato: umbella in cacumine rotunda, amplè colore in purpura candicante punctis quibusdam aureis depicta, quam semper putavi esse legitimam Achilleam. Atque in hac persissam sententia, donec quis certiore plantam protulerit: quod hac mihi planè omnibus notis Achilleam Dioscoridis representare videatur. Caterum in hunc forte errorem, ut crederent nostrum millefolium esse Achilleam, illos deduxit Plinius, qui lib. 25. capite 5. Achilleam Latinis millefolium vocari tradidit. Veruntamen is, quantum videre est, eo in loco non Achilleam hanc describit, sed eam omnino plantam, quam Dioscorides myriophyllum

000 4

lum appellat. Quare paulo post hac verba subiunxit. Sed alii inquit, fatentur veram Achilleam esse scapo caeruleo, pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Ex quibus verbis liquido apparet dubitasse Plinium, qualis legitima esset Achillea: & ideo ita indeterminatè locutum fuisse, ut nihil in eo perpetuum statui possit. Scapio, auctoritate Constantini, Achilleam, quod (ut ipse ait, licet falsò) rubrum succum fundat, Sanguinem Draconis appellat: sed fortasse hic interpretis lapsus suus factus est. Siquidem succum rubrum fundere Achilleam non tradidit Dioscorides: neque etiam (ut omnes compertum habent) lacryma, quam officina Sanguinem Draconis appellant, herba succus est, sed Arabicae cujusdam magnae arboris gummi, vel, ut aliqui volunt, draconis animalis est sanguis ab elephante colligi. Cujus loco illius plurimum vendunt impostores, quem hirci sanguine cum resina quavis, sorbis siccis, alijsq, nonnullis adulterant, & in rotundas placentas conformant. Achillea meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic de ejus viribus scribens. Quidam etiam vocant Achilleam fideritum, quae proposita quidem, quod ad jam dicta attinet, viribus non est dissimilibus: ceterum ad strictione exuperat, quare ad sanguinis eruptioes, dysenterias, & muliebri profluvium congruit. Plan-
 Nomina. ra Graecis *ἄχιλλευς*, Latinis pariter & Italis Achillea vocatur: Arabibus Sichritus & Egilos: ejus verò succus Demalochottan.

Achillea, Matth. Cord. in Diosc. & hist. Lacu. Taber. Thal. Castor. Cæsal. Achillea fideritis, Lugd. Millefolium nobile & stratiotes vera, Trag. Gef. hor. cui & Stratiotes: Tanacetum minus, Dod. gal. & fol. Lob. Lugd. Stratiotes millefolium Matthiolo in tertia & etiam postrema editione. Scopa regia Plinii, Dalechamptio in Plinium.

Bær.

RUBUS

CAP. XXXIII.

I. RUBUS.



a Meum
 p. 10.
 v. 10.
 i. media
 maturi-
 tate.

Ruborū
 confid.

Rubus notitiæ vulgaris. Vim habet siccandi, & adstringendi: capillum tingit. Ramorum decoctum, potu alvum sistit, & foeminarum profluvia: præteris morsui accommodatissimum. Gingivas firmant, & oris vitiis medentur folia commanducata: cohibent ulcera quæ serpunt: ulceribus in capite manantibus, oculisq; procidentibus, remedio sunt: condylomatibus, & hæmorrhoidibus folia illinuntur: cardiacis, & stomachi doloribus, trita convenienter imponuntur. Caules cum foliis tunduntur, exprimiturq; succus, mox sole cogitur, singulari remedio contra omnia, quæ modò dicta sunt. Mori in rubo nascentis, quàm optimè maturi succus, ad oris medicamenta convenit. Sistitur alvus a præmaturi cibi, nec non flore in vino potu.

Bær. & idæus. RUBUS IDÆUS.
 CAP. XXXIV.

Idæus Rubus appellatus est, quoniam copiosus in Ida provenit. Est autem longè tenerior priore, ac minoribus spinis horrens: quanquam & sine spinis inveniatur. Insuper eadem præstat, quæ supra dictus. Cæterum flos cum melle oculorum collectionibus illinitur: ignem sacrum extinguit, stomachicis, quæ ex aqua bibendus datur.

Rubi vulgaris planta, plura apud nos reperiuntur genera: quod etiam testatur reliquit Theophrastus libro 3. cap. 18. de plantarum historia. Alius namq, arboris instar, & strassescens, in altum attollitur: alius sepius fructibus, implicatur: alius humi serpit, radicaturq, graminis modo, quem
 ideo humirubum appellant: alius deniq, alijs modis in sylvis, & montibus vagatur. Cæterum qui passim in sepiis, dormetis & frutetis nascitur rubus, virgas edit quadrangulas, subrubentes, obsequiosas, aduncas, minantibusq, aculeis ubique refertas. Eramis pediculi prodeunt aculeati, è quibus terna dependent folia, aspera, & in acutum desinentia, fragaria summis partibus racemosos, albicantesq, è quibus mora oriuntur. Radix illi est longa, & longo tractu repens graminis modo. At *IDÆUS RVRS*, etsi ab Ida monte denominari cæperit, quod ibi copiosissimus fortasse habeatur, nascitur tamen in alijs etiam montibus. Nam in Bohemia non solum habetur in montibus, ubi sponte eum frequentissimum adeo reperies, ut montes quidam eo solo sylvescant, sed etiam in hortis translatus videas. Est itaq, altero longè clementior. Siquidem latiora, mollioraq, profert folia, virgas rotundas, fragiles: spinis nullis, aut omnino privis. Flores edit albos vulgaris rubi æmulos, quemadmodum & fructus, qui facie rubi mora imitatur: intercedente tamen coloris ac saporis
 Rubi idæi
 histor.
 Matthio.
 Ampo-
 melæ.
 differentia Quippe is tenerior est: sapore subdulci pariter ac subadstringenti, & quadam cum insipiditate jucundus. Color quoq, illi est perpetuò rubicundus, nunquam nigrescens, & in superficie subalbicans, ac si esset rose frigido perfusus. Ananienfes, & Tridentini hos fructus Ampomele vulgò vocant, iusq, fragorum vice vescuntur. Hi autem fructibus Urstima-
 xime delectantur, qui hac de causa, eo votissimum tempore, quo maturescunt, à venatoribus captantur. Sunt & pastorum cibis qui in montibus ovium caprarumq, greges custodiunt. Fuchsius rubi mora (ut libro primo in ligustri mentione diximus) vaccinia esse putat. Sed quare ab eo dissentiam, ibidem diffusius ostendi, quod scilicet vaccinia flores, non fructum esse existimem. Rubi vires descripsit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Rubi folia, germina
 flos,

II. RUBUS IDÆUS.



HELXINE CISSAMPELOS.



flos, fructus, & radix qualitate adstringente participant, ea-
g, non obscura. Sed hoc inter se differunt, quod folia, mollia
potissimum & recensata, plurimum in se habent substan-
tia aquea, parum vero adstrictionis: eadem ratione & ger-
mina. Itaque si mandantur, aphthas, & alia oris ulcera
sanant: quin & alia vulnera glutinare valent. Est enim co-
rum temperies, & ex terra frigida essentia, & aquea tepida.
At fructus si quidem maturus fuerit, non parum habet suc-
ci calidi temperati, qui dulcis est, uti monstravimus. Pro-
inde ob hoc, & propter modicam adstrictionem, esui non in-
suavis est, at immaturus à frigida substantia terra vincitur
& propterea acerbus est, & valde exiccatorius. Et sane uter-
q, siccatus reconditur, validius quam recens desiccatus. Sed &
flos eandem fructui immaturo facultatem possidet: utraque
ad dysenterias, & ventris profluvium, tum robur deperdi-
tum, & sanguinis exspuitiones idonea remedia. Porro radix
prater adstrictionem non paucam in se habet substantiam re-
muenem, propter quam & lapides renum comminuit. Hec plan-
ta Græcis βάρβη appellatur: Latinis Rubus: Mauritanis Bu-
leisch, seu Haleich: Itali Rovo: Germanis Bramen oder
Crag: Hispanis Crazza: Gallis Ronce. Eius vero fructus Græcè
βαρβαν & βαρβαν dicuntur: Latine Mora rubi: Italice More
di rovo: Germanice Brambeer und Krasbeer: Rubus Idæus:
Græcis βάρβη & βάρβαν: Itali Rovo montano.

Rubi variae sunt species, aliae enim in altum cre-
scunt, aliae humiles sunt, aliæ se arboribus circumvol-
vunt, aliae per terram repunt. I. Rubus vulgaris, C.B.
Gef. hort. Thal. Rubus, Matth. Bruns. Fuch. Turn.
Dod. gal. & fol. Lac. Lob. Anguil. Lon. Cast. Lugd.
Cæsal. Rubus grandis, Trag. Rubus primus, Cordo
in Diosc. Rubus arvensis, Tab. II. Rubus Idæus, Spi-
nosus est & non spinosus, fructu item rubro & candi-
do. Rubus Idæus spinosus, C.B. Lugd. Rubus Idæus
Matt. Trag. Cor. in Diosc. Dod. gal. & fol. Gef. hor. An-
guil. Lob. Tur. Lon. Rubus Idæus major, Lacunæ,
quoad descriptionem, Rubus tertius Cæsalpino.

EXFIZ. HELXINE. CAP. XXXV.

HELXINE cognomento cissampelos, foliis est he-
dere: minoribus ramulis a exilibus, quibus com-
plectitur quodcumque contigerit adminiculum. Na-
scitur in sepibus, vineis, & segetibus. Foliorum
succus poru deijcit alvum.

Nilli certe dubium esse putaverim, quin Helxine cogno-
mine Cissampelos, quasi hederaceam vim dixeris spe-
cies sit Convolvuli. sed quæ ea sit, non facile explicari potest.
Verum cum eam reddiderit Dioscorides, foliis hederæ simili-
bus, minoribus tamen: ramulis exiguis, quibus quodcumque
contigerit, complectatur: Flores edens albos, levitamen pur-
pura perfusus, calathi figura, è quibus semen oritur nigrum,
nascaturq, in sepibus, vineis & segetibus. Satis mihi declaraf-
se videtur, eam esse Helxinem, quæ quidem in arvis tum fege-
tes ipsas, tum linum, tum legumina omnia irretit ac vincit,
& in viuetis, palis & vitibus circumvolvitur. Hanc He-
truscum vulgus suo idiomate nominat Vilucchio minore,
Tridentini vero Minatola dicitur. Quamquam non desunt
qui putent Helxinem eam esse herbam, quæ crebra revolu-
tione septa, & vicinos implicat frutices, flores illos candidos
estate ostentans, quos nostri vulgò appellant Campanelle.
Hanc Plinius convolvulum vocat lib. 21. cap. 5. ubi eam his ver-

bis depingit. Est, inquit, flos non dissimilis lilio in herba, quem convolvulum vocant, nascens per fruteta, nullo odore, nec
croci intus, candorem tantum referens, ac veluti naturæ admentum lilia facere condiscentia. Sunt qui aberrantes,
hanc herbam, & ejus florem ligustrum vocent: in qua appellatione deceptus fuit Servius grammaticus. Hanc errorem ex-
plosumus libro primo, ubi veri Ligustri mentionem fecimus. Helxinem perpaucis perstrinxit Galenus libro sexto simpli-
um medicamentorum sic inquit: Helxine, quæ & Cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem habet. Ea Græcè Cal-
co nonis-

Memor
longa at-
que eodē
modo ha-
bet Cate-
cuz: sub
nomine
Helxinis
confid.

Quorū
opina

Helxinis
vires ex
Ea Græcè
Calco nonis-

Nomina. *co nomine ἐλάτινι καὶ ἀνθρακίῳ*: Latino item *Helxine cissampelos*: Arabico, *Astin*: Italico *Vilucchio minore*: Germanico *Mittelwind*: Hispanico *Campanela yerva*.

Convolvulus minor arvensis, C.B. *Helxine Cissampelos*, Matth. Fuch. Cast. Lugd. Cam. *Helxine hederacea*, Lac. *Helxine* species altera. Ges. de hort. *Helxine in segetibus*, Cord. in Diosc. *Smilax laevis alba minor*, Dod. gal. *Smilax laevis minor*, Dod. fol. *Volubilis minor*, Trag. Lon. Thal. *Volubilis arvensis*, Tab. *Convolvulus*. Turn. *Convolvulus major*, Ges. de hor. Cæs. *Convolvulus minor purpureus*, Lob. *Scammonium primum Plinii*, Anguil. Camerario.

Ελάτινι.

ELATINE.

CAP. XXXVI.

10

Elatine folia habet helxinæ similia, minora, rotundiora, pilosa: tenuibus, & dodrantalibus ramulis, quibus, senisve, à radice foliosis, gustu adstringentibus: nascitur in segetibus, & cultis. Oculorum fluxionibus, & inflammationibus auxiliatur, foliis cum polenta tritis & impositis. Eadem costæ sorbitionis usu & dysenteriam sistit.

Meum
καλλιανθ.
i. ven-
trem, &c.

I. ELATINE.

II. NUMMULARIA.



Elatines confid. Sunt qui velint Elatinen eam esse plantam, quam quidam Nummulariam vocant. Alii verò non hanc volunt sed eam quam nos vulgò vocamus Sorbastrella, Officina Pimpinellam. & alii quidem Sanguisorbam dicunt. Sed mihi quidem, ut dicam quod sentio, neutrorum placet opinio. Siquidem nummularia imprimis non fert folia pilosa, neque in segetibus, neque in cultis provenit sed plerumque in scrobium marginibus, præsertim uligine madentibus. Deinde Pimpinella vocata ramulis exit longè pluribus, quam senis in terram procumbentibus. & folia habet undique in ambitu laciniata, aspersi modo. Ruellius porro Elatinen in Gallia vulgò Rapistrum vocari ait. eoque, ut rapo sylvestri in vernis acetosis ruralia, nec negare quidem, nec affirmare ausim, cum hæcenus plantam non viderim, qua illam legitime referat. Atqui veram elatinen, cujus hic imaginem damus, misit ad me Patavio Jacobus Antonius Cortusus, cui nihil deerit quod desideratum adstringit. NVMMVLARIA, serpit humi juncis cauliculis, cubito longioribus, in quibus à radice ad summum brevibus interstitiis utring, folia exeunt crassiuscula, rotunda parvorum nummorum instar, unde illi nomen: flores fert aureos ac speciosos. Nascitur in scrobium ripis, & uliginosis aggeribus secus vias. Glutinandi, cohibendiq. facultate prædita est. Herba ipsa illita recentia vulnera glutinat. Idem præstat eorum succum. Præcipua autem vis ejus est, ad puerorum enterocelas, cum illita tum in pulverem hausta. Nummularia sive Lunaria minor: Italis Lunaria minore. Hæc nomen Græcum est ἐλάτινι: Latinum similiter Elatine: Arabicum Astin.

Rapistru.

Elatines
vires ex
Gal.

Nomina.

Elatine duplex est rotundo, & acuminato, de quo nunc, folio, hæc; in agris hirsutior, in hortis glabrior. I. Elatine, Matth. Cast. Lug. Thal. Cam. Elatine altera, Dod. fol. Lob. in icon. Tab. II. Nummularia duplex est, vulgaris, quæ luteo flore est & ratione loci, majori vel minori est folio: altera verò parva

20

30

40

parva, purpureo flore, de qua in Historia universalis. Dicitur Nummularia, Matthiolo (cui & Lunaria minor) Trag. Fuch. Dod. gal. & fol. Gesl. hor. Anguil. Lobel. Cast. Lugd. Cam. Casal. Thah. Serpentaria tertia, Brunfel. Centimorbia, Gesl. hor. Hirundinaria minor, Tab. cui & Nummularia minor.

ΕΥΠΑΤΟΡΙΟΥ.

EVPATORIUM.

CAP. XXXVII.

Eupatorium fruticosa herba est, unicum efferens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenue, hirsutum, cubitalem, interdum ampliorem: foliis per intervalla quinquifolij, aut cannabis potius similibus, quinque, partito, aut amplius divisis, nigricantibus & ipsis per ambitum serratis: semen medio caule erumpit, pilosum deorsum spectans, quod siccatum vestibis inhæret. Contrita hujus folia, & cum suillo adipe imposita, ulceribus, quæ ægrè cicatricem trahunt, medentur. Herba, aut semen in vino potum, dysenteria, jecinoris vitiiis, & serpentium ictibus liberat. Nec desunt, qui aberrantes argemonem hanc appellarint, cum tamen longè alia sit, uti exposuimus.

I. EVPATORIUM.

II. EVPATORIUM VULGARE.



Sunt nonnulli, imo universa fere seplasiariorum turba, legitimi Eupatorii vice quædam aspectu insignem plantam, Eupatorium, qua plerumque in uliginosis locis, & in serotium marginibus nascitur, tricutib. al. longitudine foliis cannabini emulsi, confideratio. majoribus tamen, subalbidis, hirsutis, & amaro gustu, & odore medicato, haud insuavi, caule subrubeo, rotundo. Huic flores in summitatibus in umbellam exeunt, non tamen simul coherentes, sed divulsam organi vulgari modo, colore in purpuram albicante, qui maturescentes in pappos abeunt. Radix qua in plures divaricatur partes, illi inutilis est nulliusque in medicina usus. Et quanquam nesciunt legitimum Græcorum Eupatorium eam esse plantam, quæ vulgè Agrimonia vocatur, eorum sorte imitatione, qui Dioscoridis ætate eandem verperam Argemonem appellabant: cum tamen animis Eupatorium, imbibitos jamdiu errores recitare nequeant, vel potius volint, difficile quidem adduci patiuntur, ut vulgarem Agrimonia Græcorum medicamentis, quæ Eupatorium excipiunt, admisceant. Non tamen hac propterea dicimus, quod omni ex parte illius Eupatorii usum damnemus. Palam etenim est, ut ex foliorum amaritudine, & odore præstantia, quo hujus Eupatorii tota redolet planta percipi potest, id & obstructions aperire, & crassos, lentosque humores mirifice incidere posse: quin etiam alia plura auxilia præstare, ut paulo inferius explicabimus. Verum tamen nunquam eo deveniam, ut asseverem hoc apud Græcos legitimi Eupatorii nomen sibi ascripsisse: tantum illud abest, ut etiam a nullo quantum equidem invenerim, veterum, sub alio nomine posteritatis memoria proditum sit. Ruellius tamen nescio qua ratione ductus, in suis de natura stirpium commentariis, non sine magno errore sibi persuasit, vulgare hoc Eupatorium dubio procul hydropiper Hydro- esse, à Dioscoride libro secundo descriptum. Sed nos ibi in nostra hydropiperis commentatione Ruellij errorem latius piper. explosimus, quam ut quicquam super sit addendum. **EUPATORIUM** à Dioscoride descriptum, flores gerit spicatos, aureos, radicem lignosam, subrusam pentaphylli modo. Nascitur secus sepes itineraque, in agrorum marginibus, & incultis locis. Caterum Mesues quoque, habet suum peculiare Eupatorium, quod ut ex ejus descriptione ap- Eupato- paret, à prædictis longe diversum est. Id namque, plures ab radice emittit caules: foliis minori centaury similibus: rium Me- per ambitum laciniatis: floribus aureis, in umbellam coherentibus, helichrysi modo. Hoc nostratibus Senensibus vulgè vocatur.

vocatur herba Giulia. Hujus comam mulieres per noctem vino albo macerant, ac subinde dilutum pueris potandum praebent dimidij cyathi mensura ad necandos vermes admirabili successu. Nascitur haec in campestribus: atq; ut mea fert opinio, ea est planta, quae Dioscoridi Ageratum dicitur: quippe quae omnibus notis illi respondeat, etsi non desint quae a nobis dissentiant: quorum unus est Andreas Marinus, qui in Mesuis libellum de simplicibus medicamentis alvum exolvendis quasdam novas edidit annotationes. Verum an recte Ageratum examinaverit, inferius suo loco narrandum relinquimus, ubi de Agerato disseremus. At qui interim admonendi sunt lectores, ut imaginem quam is pro Mesuis Eupatorio ex commentariis nostris in suum transplantavit Mesuem, diligenter intueantur, quod si fecerint, illico sanè agnoscent, quam ipse in simplicium medicamentorum censu se exercuerit: siquidem is non Mesuis Eupatorium illuc ex Dioscoride nostro transtulit, quod nos in Agerato primo loco appinximus, quodq; herbam Juliam à nostris appellari diximus: sed alteram quandam plantam facie sapore, odoreq; ab ipsa Julia herba, sive Mesuis Eupatorio valde diversam, quam nos Ageratum alterum nominavimus. Itaq; sepe fit ut dum alios erroris arguere nitimur, nos ipsos longè magis redarguendos in medicamentu à Mesue reliquum suum interponere Eupatorium: in Avicenna remediis suo item uti: & in Graecorum compositiones perperam, meo quidem iudicio, scribat in confectione pilularum aggregantium, quin & in Sympo de Eupatorio, pro ipsius Mesuis Eupatorio admiscendam esse Gratiolam. Siquidem haec praeterquam quod alvum magno incommodo deiciat, nullis etiam planè notis, ac reliquis facultatibus illud representare deprehenditur. Nempe sua dejectoria vi, quo magno cum impetu ventrem solvit, jecur imbecillum, atq; infirmum reddit. Cordum secutus videtur Fuchsius, in libro de compositione medicamentorum, quem postremo auctum edidit, ubi in antidoto è Lacca magna, illud Eupatorium usurpandum esse tradit, quod à Mesue describitur & Graecis Ageratum, Italicè verò Gratiola Dei nominatur. Qua in re illud de iis duobus viris (pace eorum dixerim) dici posset, quod est in communi proverbio: Cocus coccum ducit & ambo in foveam cadunt. Ceterum, ut ad vulgare Eupatorium redeam, viribus sanè pollet id non negligendis. Namq; excalfacit, siccit, extenuat, aspergit, incidit, & aperit, & subrilium est partium. Eximitur è confusis recentibus solius succus, & insolatus cogitur in pastillos, quorum in medicamentis est usus. Praestat foliorum Eupatorii vulgaris decoctum, aut epotus succus jecinoris doloribus, & ceteris ejusdem affectibus ab obstructione provenientibus, quo fit, ut perquam commodè propinetur hydropici, malo habitu, ictero, & vasorum infarctu laborantibus: quinetiam contra splenis tumores & obstructions. Datur quoque succus ad ventriculi apostemata à frigidityte prognata: in quo casu convenit etiam herba exterius illita. Foliorum decoctum auxiliatur diuturnis, & praesertim pituitosis febribus, ab obstructione provenientibus. Idem urinas, & menses pellit, & scabiem, & pruritem sanat si cum sumaria fuerit decoctum è caprino sero, sed succus fortior est. Is enim potius incipienti Elephantiasi medetur. Flores illiti vulnera recentia, & ulcera sanant. Fugantur venenata animalia herbæ sicca suffitu. Dicunt observatum esse à venatoribus, Cervos telis vulneratos, devorata hac planta procul dubio sanari.

Cordi
Fuchsi
error.

Vulgaris
Eupato-
rij vites.

Eupato-
rij vites
ex Gal.

Potentilla
descri-
ptio & vi-
res.



Woming

vera conglutinat, & ulcera sanat, & praesertim quae pudenda invasere, & oris partes erodunt. Firmat commotos dentes & laxas cohibet gingivas, ubi in aceto decoquatur, & eo os saepe collatur: item dentium dolores mulcet. Prolapsam columellam restituit, addito aluminis momento. Mirum dictu, quod pedum plantis, manuumq; volis admodum febrium quarumcunq; calores remittit: Herba, quae Graecis ἰσχυρίων & ἰσχυρίων, Latinis item Eupatorium & Hepatorium appellatur: Arabibus Casat, Cist, seu Gaset: Italicè & Officinis Agrimonia: Germanis Oedermeug: Hispanis Agramonia: Gallis Agrimoine, Eupatorium vulgare & Officinis Eupatorium Avicenna: Italicè Eupatorio: Germanis Rinnigundt, fraut: At Potentilla quibusdam Anserina: Italicè Potentilla: Germanis Grewsing: Gallis Agrimoine sauvage.

Eupatorium

Eupatorium quibusdam ab Eupatore rege, aliis *ἑπατόριον* seu *ἑπατίτις* Oribasio, quod Hepati me-
deatur. I. Eupatorium veterum Agrimonia dicta, quod inodorum est & odoratum. C. B. Eupatorium,
Matth. Brunfel. Fuchf. Turn. Dod. gal. Cord. in Diosc. & hist. Gef. hor. Lacu. Taber. Thal. Castor. Eu-
patorium vulgare, Trag. Eupatorium Græcorum, Lob. Eupatorium verum, Lugd. Eupatorium Avi-
cennæ, Anguil. Agrimonia, Brunf. Dod. fol. Cæsal. Lonicero. II. Eupatorium cannabinum, C. B. Eu-
patorium vulgare, Matth. Turn. Castor. Lugd. Eupatorium Avicennæ, Lacu. Lonic. Camer. Cæsal.
Eupatorium adulterinum seu aquaticum, Fuchf. Pseudohepatorium mas, Dod. gal. Thal. Vulgare He-
patorium. Dod. fol. Herba S. Kunigundis, Trag. Taber. Trifolium cervinum aquaticum, Gef. hor. Ter-
zola Sardi, Cannabina aquatica seu Eupatorium mas, Lobelo. III. Potentilla, ab eximiis viribus dicta,
aliis Argentina, à foliorum splendore argenteo. Potentilla, Matth. Brunf. (cui & Tanacetum agreste)
Fuchf. (& Agrimonia sylvestris quibusdam) Lon. Castor. Lugd. Thal. Cæsal. Anserina: Trag. Tab. Ar-
gentina, Dod. gal. & fol. Lobel. Argemone altera, Fuchf. in icon. Gef. hortis.

Πεντάφυλλον.

QUINQUEFOLIUM.

CAP. XXXVIII.

Quinquefolium ramulos fert festucarum similitudine, tenues, dodrantales, in quibus semen: folia
menthae, quina singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata: florem ex candido pallescentem:
auri æmulum. Nascitur in riguis & aquariis ductibus. Subrubram habet radicem, oblongam, veratro
nigro crassior: plurimis pollet remediis. Jus radices decoctæ ad tertias, si in ore contineatur, dentium
dolores sedat: putrida oris ulcera, collutione sistit: arteriæ scabritias gargarizatu lævigat: contra alvi
profluvia, & dysenterias auxiliatur: item articulorum, coxendicumq; cruciatibus potum. Cocta in ace-
to, & illita, serpentia ulcera cohibet: strumas, tumores, durities, abscessus a, & collectiones discutit: ignes
sacros, b reduvias, condylomata, pforasq; sanat. Teneræ radices succus, contra jecinoris, pulmonumque
vitia prodest: item ad verum venena. Cum hydromelite autem, vel diluto vino, & piperis exiguo, bi-
buntur folia contra febrim circuitus, in quartana quidem, quaternum ramulorum folia: in tertiana
verò, ternum: in quotidiana, unius. Ea quoq; folia tricenis pota diebus, comitialibus profunt. Foliorum
succus tribus cyathis aliquot dies potus, celerrimè regio morbo medetur. Illita cum melle & sale, tam
vulneribus, quam fistulis remedio sunt: enterocelcis auxilium præstant. Quinquefolium sanguinis
profluvia & potus, & illitu sistit. Ad expiationes, castimonias, & incantamenta inciditur.

a Meum
& Cat.
b reduvias
condylomata
pforasq;
sanat.
Teneræ
radices
succus,
contra
jecinoris,
pulmonumque
vitia
prodest:
item
ad verum
venena.
Cum
hydromelite
autem,
vel diluto
vino, &
piperis
exiguo,
bibuntur
folia
contra
febrim
circuitus,
in quartana
quidem,
quaternum
ramulorum
folia: in
tertiana
verò,
ternum:
in quotidiana,
unius.

30 I. QUINQUEFOLIUM.

II. PENTAPHYLLUM.
album.

Tamen si unius tantum Pentaphylli, sive Quinquefolii meminerit Dioscorides, nos tamen quatuor ejus genera vidimus
in Italia. Quorum utiq; primum a Dioscoridis historia nihil prorsus dissentit. Secundum à primo differt, quod foliis
sit albicantibus, hirsutis, & flore candido. Tertium folio erumpit parvo, subalbido, per terram repit. Ultimum verò folia
fert viridinea, in partes quinque, divisa, quod aliqui *DIAPENSIA*, alii *Saniculam* appellant. Huic in caudiculis
qui rotundi, graciles, obsequiosi, summitatibus, & adnatorum fastigiis, capitula prodeunt subalbida, facie fragis similia.
Radicebus constat numerosis gracilibusq;. Nascitur in montibus & sylvestris collibus. Primum provenit in riguis, & scrobi-
bus mar-

P p p

um mar-

* III. QUINQUEFOLIUM
erectum, incanum. *

* IV. QUINQUEF. PALU-
stre rubrum. *



V. DIAPENSIA.

Manard
erratum.



Diapen-
sia us.

quit, fuerit oriundum, verum non ob hoc ambos arguere desistam, donec offeratur mihi pentaphylli planta, qua fraga pro-
ferat. Caterum de quarta Quinquifolii specie quam Diapensiam vocari diximus. Refrigerat & siccatur, cohibet, reprimat,
glutinat & roborat. Germania chirurgi maxime utuntur ad intrinseca vulnera, enterocelas, & fistulas, ejus pulverem, vel
decoctum

um marginibus, cauliculis tenuibus, floribus aureis, è quibus
subinde semen oritur. Pediculos è se mittit, & in singulis
quina folia oblonga, menthae ferè amula in ambitu tamen
magis serrata. Radix illi subrubens apparet, quod quamvis
vegat Brasavolas, id tamen aliis, ut mihi eam effodienti,
verum esse deprehendetur. Hec in plures radículas dividi-
tur elleboro nigro crassiores. SECUNDUM seu album, foliis
est incanum hirsutis per ambitum sensim denticulatis, quin-
ex unoquoq; pediculo dependentibus cauliculis mollibus, ob-
sequiosisq; flore candido radice squamosa, agnatus ex obli-
quo prodeuntibus. Nascitur in saxis ingentibus, & saxosis
locis. Hinc autem mirari subit, Manardum Ferrariensem
virum alioqui hujus nostrae aratus ingenio, & doctrina insi-
gnem: quippe qui tam facile sibi persuaserit, id legitimum
esse Quinquifolium, quod Graci heptaphyllon, officina verò
herbariorumq; vulgus Tormentillam dicunt. Siquidem hac
septem ex uno tantum cauliculo profert folia: Pentaphyllū
verò quinq; unde & illi nomen. Hoc radices elleboro similes
habet crassiores tamen, oblongas: illa verò admodum bre-
ves, strumosas, simulq; in unum compactas globum. Gigni-
tur hac plerumq; in incultis siculosisq; locis, in altis praefer-
tim montibus: illud verò in campestribus, & prope aqua du-
ctus & in riguis. Quae sanè omnia aperte declarant, hac in
re Manardum cecidisse. Caterum non possum non mirari
scripsisse Plin. lib. 15. c. 9. Quinquifolium nulli esse ignotum
cum etiam fraga gignendo commendetur: Quippe id perpe-
tuo esse falsum, ipsamet quinquifolii planta apertissime te-
statur: et si asserat Brasavolus cui nos minime subscribimus,
in Veronensi agro nasci Fragariam cui quinq; unicuiq; pe-
diculo insunt folia & qua fraga gignit in cibis gratissima,
putetq; de hac intellexisse Plin. quod à Verona, ut ipse in-
ferat.

VII. FRAGARIA.

* VIII. FRAGARIA FRU-
ctu albo. *

IX. EUPHRAGIA.



decoctum universa planta potui exhibentes. Idem quoque praestitit soliorum & radicum farina. Quinetiam ad morbos omnes ubi adstringenti, solidantiq; medicamine sit opus. Est tamen non ignorandum, hoc non esse Santiculam illam, qua etiamnum quinis exoritur solis radice alba, miro natura artificio laciniata, de qua superius in synphyti mentione disservimus: sed aliud longe differens. Quinquefolii vires retulit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, haec verba: Pentaphylli radix, inquit, desiccatur vehementer, minimum vero acris est. Quare in multo est usum, velut alia quoque omnia, quae cum sint tenuium partium, citra morsum desiccant. Est enim haec radix desiccatoria ex tertio quodammodo ordine, minimum habens evidentis caliditatis: haec Galenus. Quinquefolium album adstringit, siccatur, roboratur, repellit: radix subtilium est partium. Ea omnia praestare potest quae alterum, quo tamen adstringentior est. Ceterum quoniam Pentaphyllum Fraga nobis in mentem redegit, cum ea sint tam cibus, quam medicamentis idonea, ideo & res, & locus mihi expectere videtur, ut hic tum plantae tum fructus ejus vires perstringamus. FRAGARIA itaque planta est nemini ferè non cognita, adeo ut hoc nomine supervacuum putem, ejus faciem representare. Planta est humi repens, foliis pentaphylli majoribus, ternis ex uno pediculo prodeuntibus, & per ambitum serratis: floribus candidis, rari emulis, è quibus fraga oriuntur: cauliculos habet tenues, hirsutos, obsequiososq; radices habet numerosas & tenues, adstringentis gustus. Proveniunt in montibus, collibus, sylvis, secus itinera, & prope sepes. Refrigerat ordine primo, siccaturq; secundo. Folia, & radix vulnera, & ulcera sanant: muliebres fluxus, & dysenteriae cohibent, urinam cient, & lieni conferunt. Herba, & radix cum decoctum potum, auxiliatur jecinoris inflammationibus, mundatq; renes & vesicam. Idem ore contentum, colutionisq; modo agitata, gingivas roborat, dentes commotos firmat, & destillationes sistit. At Fraga praeter id quod gustui estate in cibus ardeant, biliosis astuantibusq; ventriculi profunt, siticulosissq; sitim sedant. Vinum, quod ex eis elicatur, ulcusculis, quae in facie à caliditate proveniunt, mirifice medetur: itemq; varos, & oculorum nubes, calidatq; Euphrasia deliquit, & defluxiones impositum tollit. Neq; etiam hic silentio dissimulanda videtur. EUPHRAGIA: quam nobis Fraga nunc ob vocabulorum vicinitatem ad memoriam revocarunt, cum & ipsa miris ad oculorum morbos viribus praeita sit: etsi à veteribus

Quoque
foliis vires
ex Gal.

Fragariae
& frago-
rum vi-
res.

Euphrasia
deliquit
& defluxiones
impositum
tollit.

veterebus Græcis nusquam, quod legerim, descripta reperiatur. Est itaq; Euphrasia tenuis planta, quæ ad palmi altitudinem assurgit: foliis minutis, crispis, per ambitum serratis, gustu adstringentibus, paululumq; amaris: caule exit tenui, rubentiq; flore inter purpuram & aurum albicante, quem emittit abeunte æstate: nascitur in pratis & in sylvis. Præstat hæc quocunque modo sumatur tam in cibo, quam in medicamentis recens, vel exiccata ad omnia impedimenta, quæ oculorum claritati officiunt, præsertim cum in cibo aut potu diutius sumitur. Fit ex ea vinum vindemiæ tempore, uvis in musto donec fiat vinum. Cujus usu oculi senum rejuvenescunt, & aufert impedimentum eorum, & defectum visum in quocunque, cujus vis et ætas homine, præsertim ubi pinguedo, & pituita redundent. Et est qui permansit nihil videns per longum tempus, & infra annum ejus usu restitutus est ad visum. Ipsa enim herba calida est, & sicca magis, abstergit & cohibet: & habet hoc à proprietate, quod quando pulvis ejus comeditur cum ovorum vitellis, idem mirifice præstat, vel quando pulvis idem recipitur cum vino. Et supersunt testes fide digni, qui fecerunt in se ipsis, & qui non poterant legere sine ocularum, & legerunt postmodum absq; ipsis, etiam litteram subtiliorem. Et usus vini Euphrasiati non habet par in procursarium. Hæc Arnaldus in libro de vinis. Herba πένταφυλλον Græcè, Quinquefolium Latine dicitur: Italicè Cinquefoglio: Germanicè Weiß Fingertraut: Hispanicè Cinco en rama: Gallicè Quinquesuille. Quinquefolium album, sic Fragaria, Italicè Fragolaria. Fraga verò, Italicè, Fragole & Frage: Germanis Erdbeere. Sic Euphrasia, Italicè Eufra-
Nomina Græcè πένταφυλλον devonov: Italicè Cinquefoglio bianco. At Diapensia sive Sanicula, Italicè, Cinquefoglio maggiore: Germanis Augentrost: Gallis Eufraise.

Quinquefolium, quod quina sint singulis pediculis folia: quindecim species novimus, hic quatuor proponuntur. I. Quinquefolium majus repens, C. B. Quinquefolium, Matth. Cord. in Diosc. Lacu. Cæsal. Pentaphyllon minus, Brunf. Gef. hor. Pentaphyllon vulgare, Trag. Pentaphyllon luteum majus, Dod. gal. Pentaphyllon primum, Lon. Pentaphyllon Diosc. Tab. Pentaphyllon majus flore sublu-
teo, Lob. Pentaphyllon fragariæ cognata, Gef. hor. Pentaphyllum repens, Cam. Quinquefolium luteum majus, Fuch. Lug. Quinquefolium secundum, Turnero. II. Quinquefolium album majus, C. B. Pentaphyllum album, Matt. Dod. gal. Pentaphyllon verum ac nobile, Trag. Pentaphyllum, Gef. hor. Pentaphyllon majus flore albo, Lob. in icon. Pentaphyllon albo flore, Camer. Quinquefolium majus candidum, Fuch. Quinquefolium primum, Turn. Clus. hist. Panno. Quinquefolium album, Matth. in comp. Lugd. Quinquefolium sylvaticum, Taber. III. Quinquefolium erectum incanum, C. B. Hoc à Matthiolo inter figuras majores nomine Pentaphylli albi, sed sine descriptione, proponitur. Quod ex radice obscure rubra, oblonga, altè descendente, adstringente, unum alterumve caulem sesquipalmarem erectum, rotundum, infernè rufo cortice tectum, supernè albicantem, in alios brachiatum profert, quem folia angustiora, minora, profundioribus incisuris divisa, supernè ex virore nigricantia, averfa parte incana, cingunt: flores quinquefolii, quorum medium aliquot stamina lutea occupant, cauliculorum summis & quidem pedicellis incanis, singuli ex singulis calycibus prodeuntes, lutei, parvi, insident, quibus delapsis, semen minutum fuscum, in fragi rudimentum congestum, succedit. Spontè apud nos locis asperis circa vias & ad agrorum scrobes, locisq; arenosis provenit. Dicitur Pentaphyllum exiguum alterum, Trag. Pentaphyllum tertium, Lonic. Pentaphyllum rectum minus, Camer. Pentaphyllum canum, Thal. Quinquefolium minus. Fuch. in icon. & Turn. Quinquefolium luteum minus, Lugd. Quinquefolium minus, Fuch. & Camer. in Matt. Quinquefolium petraeum majus, Taber. IV. Quinquefolium palustre rubrum, cum suo Matthiolo addiderit Camerarius, de eo paucis. Hoc radice est nigricante, longa, geniculata, à qua sarmenta longa, gracilia, striata, per terram sparguntur, in quibus ramuli dodrantes, glabri, reclinati, pentaphyllo similes; folia oblongis pediculis donata quina, septena uno pediculo inhaerentia, supernè viridia, averfa parte in cinereo candicantia: flores profert in caulium fastigio, ut plurimum geminos, in quinque aut sex folia divisos, obscure rubentes, ejusdem coloris staminibus in medio parvum capitulum cingentibus, quod paulatim augetur donec in capitulum durum frago simile, sed obscurius rubens, nulloque intus succo, seminibus fæctum, excre-
scit. Nascitur uliginosis locis, in scrobibus & juxta stagnantes aquas, medio vere & post florens. Totâ planta astringentis est facultatis. Dicitur Pentaphyllon rubrum, Dod. gal. Lugd. Pentaphyllum palustre, Cord. in hist. (& ejus Scholiasti Heptaphyllum Plinii fragiferum) Thal. Camer. Pentaphyllum rubrum palustre, Lobel. in icon. Quinquefolium palustre, Gef. hor. Camer. in Matth. Taber. Quinquefolium quartum, Dod. fol. Quinquefolium rubrum, Lugd. Heptaphyllum Cordi Camer. Quinquefolium palustre fragiferum vel Heptaphyllum Porphyraemon, Camerario in suo Matthiolo. V. Sanicula à sanandis vulneribus dicta, dicitur Diapensia, Matth. Brunf. Castor. cui & pentaphylli quarta species, Sanicula, Brunf. Trag. Dod. gal. & fol. Lacu. Gef. hor. Lonic. Lobel. Cæsal. Thal. Cam. Taber. cui & Consolida quinquefolia. Sanicula mas, Fuch. Lugd. Sideritis tertia Dioscoridis, Fabio Columnæ. VI. Sanicula montana rotundifolia major, habetur enim & minor & altera longifolia, C. B. Ex radice crassiuscula, minimum digitum sæpè longa, subrussa, multis fibris candicantibus donata, caulis exurgit pedalis & altior, viridis, hirsutus, cui folia subsunt circinata ferè rotunditatis, oblongis pediculis pilosis inhaerentia, per: hirsutum crenata, supernè viridia, pronâ parte exalbida, & valde hirsuta, quæ tamen cultura penè evanescent: quæ in caule superioribus respondent: summi caules in plures ramulos brachiatum, singulisq; ramulis terni aut quaterni insident flosculi albi, quinquefolii punctis sanguineis notati, Oxyacanthæ odore, staminibus pluribus medium florem occupantibus: succedunt capitula saxifragiæ albæ similia, semen minutum & nigrum continentia. Junio floret, at in hortis maturius. In montibus Rheticis legimus, & in Fræto locis umbrosis & humidioribus. Sic & in omnib. Pannoniæ alpibus. Adstringit & ferè insipida. Monet Camer. in suo Matth. ex pronâ parte folii cutem decorticari, & illud vulneribus imponi: elici etiam aquam ex planta minutim concisa ad vulnera glutinanda, aut flores in pulverem redigi: itemq; folia & ulceribus vulneribusq; inspergi. Dicitur Sanicula alpina alia, Gef. hor. Sanicula montana prima, Clus. hist. Panno. Sanicula alpina sive guttata quibusdam. Italicè umbilicus Veneris. Septentrionalium aliis Hepatica montana: Valesis l' herbe sante Condria, vel sans Contura: Germa-

VI. SANICULA MONTANA
na rotundifolia minor. *



PHOENIX.

Germanis Wild Schelkraut / oder Weiß Sanikel / Camerario in suo Matthiolo. Caryophyllata sive Geum alpinum recentiorum folio hederaceo. Adv. Lob. in icon. Caryophyllata sive Geum Alpinum, Lugd. Coryledon tertium Dalechampii, eidem, VII. Fragaria, ab odore fragante, quem mora ipsius spirant: mora terrestria dicta Servio. Dicitur Fragaria, Matth. Brunf. Trag. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Lonic. Lobel. Castor. Lugd. Cæsal. Thal. Fragula, Cord. in hist. Fragum & Trifolium fragiferum, Tab. Sunt sylvestria, hortensia: variant fructu majore & minore, rotundiore, longiore: colore rubra, alba, media, sanguinei coloris. VIII. Fragaria fructu albo, C.B. Priori minor est planta, magisq; cana, fructu aliquando toto candido, minus granoso, dulci, aliquando parte superiore rubicundiore. Hanc in hortis tantum notavimus. Dicitur Fraga candida, Trag. Fraga alba, Camer. in Matth. Fragum album, Tabernæmon. IX. Euphrasia *supercilium* dicta eo quod oculos eorum caliginem discutiendo, delet. Euphrasia Officinarum, C.B. Euphrasia, Matth. Cast. Thal. Euphrasia alba, Brunf. Euphrasia vulgo, Cæsal. Euphrasia Augustinensium, Trag. Euphrasia, Fuch. Lacu. Lonic. Lobel. cui & Euphrosyne & Ocularis. Euphrasia. Dod. gal. & fol. Lugd. Taber. Alia ramosa, alia non: flore ex luteo albido, aliquando ex caeruleo purpurascens.

PHOENIX. CAP. XXXIX.

Phoenix folia habet hordei, sed breviora, & angustiora: spicam lolio similem: calamos digitorum senum, radici advolutos: septenas octonasve spicas. In arvis, testisq; recenter illitis nascitur. Harum virium compos, ut in vino aultero pota alvi profluvi-um, & emanantem vulva sanguinem sistat, urinq; impetus infrenet. Sunt qui ad alligatam in puniceo vel- lere, & suspensam sanguinem suppressere prodant.

Phoenix Hetruscia sylvestre Lolium dicitur, quod spica proferat lolio similem. Nascitur frequenter in vicis secus vi- as in agrorum marginibus, & in templorum plateis: qua quidem nulla prorsus repugnante nota Dioscoridis descripti- oni ad stipularem deprehenditur. Plinius lib. 22. cap. 25. Phœ- niceam herbam ita à Græcis appellatam, à Latinis lolium murinum vocari ait, quod fortasse mures derodant spica il- lius, quæ in adificiorum tectis provenit. Hæc frequentissima visitur Goritia in comitibus divi Francisci, & Venetis in li- tore maris prope sacellum divi Nicolai. In summa ejus uber ubiq; provenit. Huic herba nomen Græcum *phœnix* Latinum similiter Phoenix. Lolium murinum, & Hordeum murinum: Italicum Giglio salvatico: Germanis Waldt Rohr / oder Dingenheimer: Gallis Taraze suavage.

Phoenix
confid.

Nomina.

Phoenix (à phœniceo colore) Dioscoridis, seu Lo- lium spica breviora, Herba Phœnicea Græcis, & Hordeum murinum Plinii, C.B. Phoenix, Matth. Turn. Dodo. gal. & fol. Cordo in Diosc. Lac. Lon. Lob. Cast. Lugd. Thal. Cæsal. Lolii quartum genus, Trago: Hordeum murinum, Lobel. in icon. (cui & Lolium rubrum) Taber. & Lolium sylvestre.



Idæa radix.

IDÆA RADIX.

CAP. XL.

Idæa radici folia sunt ea, quæ rusco: adhærent iis veluti exigui capreoli, è quibus flos. Radix spissan- di naturam habet, his conveniens, quibus adstrictione opus est. Pota, citam alvum, mensesque, & omnem abundantiam sanguinis sistit.

Rpp 3

Idæa

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ta-
dieis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idea radix hodie, quod sciam, ad nos non convehitur: nec quonquam hactenus reperi, qui scribat, ubi hac planta prove-
niat: etsi cognomine nat. ale. ejus solum facile indicari videatur, quod scilicet in Ida monte, qui ad Troadem spectat,
nascatur: vel in eo ejusdem nominis, qui in Creta habetur, ut etiam Ideo rubo evenire superius dictum est. Hujus vires
tradidit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Idea radix gustu admodum acerbæ est: ac si opera
periculum facias, eandem vim præferet, nimirum sanguinis profluvia, alvi fluxus, dysenterias, profluvium mulierum. &
Nomina. quacumque, ejus sunt generis tum pota, tum foris imposita curant. Ea ut Græcis ἰδαία ρίζα, ita etiam Latinis Idea radix vo-
catur: Italis, Radice Idea.

P. radix pisa.

RHODIA RADIX.

CAP. XLI.

10

Rhodie
radicis
consid.Rhodie
rad. de-
scriptio.

Gignitur Rhodia radix in Macedonia, costo si-
milis, levior, inæquabilis: quæ contrita rosas
redolet. Utilissima capitis doloribus, si madefacta
fronti, & temporibus cum rosaceo momento im-
ponatur.

Rhodia radix planta est non omnibus planè vulgaris, &
cognita in Italia: etsi ea facile in Apennino, & Garga-
no montibus nasci, & inveniri possit. Quæ in nostro horto
Goritia vires, jamdiu eam Gratia Styria oppido Petrus
Salicetus medicus clarissimus, & in simplicium facultate
non imperitus, ad nos primum videndam misit: quam ta-
men postea frequentissimam reperi in monte magno supra
Vipacum, qui circiter viginti millia passuum à Goritia di-
stat. Caterum quoniam paucis sane notis eam perstrinxit
Dioscorides, ut ab omnibus facilius & cognosci, & reperi
possit, nos non temerè facturos duximus, si ejus historiam hic
diffusius tradamus. Radix itaq; Rhodia caules emittit ro-
dos, quadantenus concavos, cubitales, à quibus circum qua-
que folia prodeunt longiuscula, in acutum desinentia, por-
tulacæ, aut minoris sedi instar pinguis, minutimq; per am-
bitum serrata. In caulium cacumine umbellam profert, viri-
dem, tithymali cyparissii modo, sed quæ, ubi defloruerit, ru-
bescat. Radix ei inæqualis, strumosa, crassa, qualis pseudoco-
sto, quod ex Gargano Monte advehitur, lavi cortice obducta
quæ recens est, exterius splendens, & intus subalbida: quæ
verd sicca est, levis percipitur, intus substantia rubens, &
foris squamosa. Mansa hæc recens, aut trita odore mirum in
modum rosas refert: unde merito ei Rhodia nomen. Præterea
omnium radicum vivacissima est: quippe quæ à terra effossa, nisi locus perquam siccus reponatur, post multos menses rursus
plantata statim repullulat. Nascitur in altissimis montium rupibus saxosis, præruptisq; locis, ubi vix tantum terra cir-
cum habet, ut illi inherere possit. Valet hæc ad capitis dolores à quacumq; causa provenientes, si recens confecta, & rosa-
brum roborat odoris jucunditate, convenitq; (ut diximus) omni capitis dolori, utpote quæ temperata sit qualitatibus præ-
sentibus, sic de ejus viribus scribens: Rhodia radix ea videlicet, quæ in Macedonia nascitur, tenuium partium, & dis-
posita pisa, Latine Rhodia radix nominatur: Italicè, Radice Rhodia: Germanicè Rosenwurz.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodia radix, Matth. Trag. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. in hist. Lacu. Ges. hor. Lobel. Clus. hist.
Panno. Lugd. Camer. Radix Rhodia, Castor. Ges. hor. appen. Rosea radix, Fuch. in icon. Lonic. Tab.
Verum non solum radix contrita rosas spirat, sed & flores odorati, qui rubentes quadrifolii, singulis in
acumen desinentibus, intusque pallidi sunt.

Equisetum.

EQUISETUM.

CAP. XLII.

60

a Cat.
in ap. 1.
At me-
cum Ru-
cilio 6.
corda.
b. 1. 1. 1.
exempl.
vires. i. fo-
lios.

Equisetum in riguis, & scrobibus nascitur, a cauliculi prodeunt inanes, geniculati, in se farcti, rube-
scientes, leniter scabri & juncea circa eos folia, crebra, exilia. In sublime attollitur, vicinos arbo-
rum caudices scandens, obvolutumq; dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda: radix li-
gnosa, dura. Vis herbæ spissare, quare sanguinem naribus erumpente succus ipse sistit: prodest dysente-
ricis in vino potus: urinam cit. Sanguinolenta vulnera glutinantur, tritis foliis, & illitis. Radix cum
sua herba tussim, orthopnœam, ruptaq; adjuvat. Foliis in aqua potis, dissectiones vesicæ, & intestinorum
enterocelæq; in unum coalescere, cogique feruntur. Alterum Equisetum caulis est rectus, cubito major,
inanis: comis per intervalla brevioribus, candidioribus, & mollioribus, Id cum aceto tritum, vulneri-
bus remedio est, eademque fungitur facultate.

Equisetum